

JACOBI BORNITI JC.

Tractatus Politicus.

Ex Lib. a. Coll. Be. m. de Ceuenca

RERUM SUFFI- CIENTIA

In Rep. & Civitate procurandâ.

- I. Cultura { *Agrorum.*
Metallorum.
- II. Opificiis omnis generis.
- III. Mercatura { *Nautica.*
Terrestri.
- IV. Ministeriis variis.

Callistratus IC. in l. 2. p. de Nund. ex Plat. lib. 2. πολιτικός.

Indiget Civitas pluribus, utique Rusticis & aliis Opificibus, & aliis Ministratoribus:
Item his qui invehant & evchant singula, hi autem sunt Negotiatores.

Cum Indice Capitum, Rerum & Verborum locupletissimo.



FRANCOFURTI,
Impensis GODEFRIDI TAMPACHII; Typis JOH. FRIDE-
RICI WEISSII.

M. DC. XXV.



IMPERATORI

DN. FERDINANDO II.
ROMANORUM AU-
GUSTISSIMO.

Nec non

SERENIS^{mis}, ILLUSTRIS^{mis}, CELSIS^{mis} &
POTENTIS^{mis}

REGIBUS, PRINCIPIBUS
ET DYNASTIS.

TVM CELEBERRIMIS
CIVITATIBUS IMPERIALIBUS ET
REBUSP. ALIIS PRIMARIIS.

Qui, quaeque in Regnis, Principatibus, Dynastiis, & Ditionibus suis,
in rem Communem

RERVM SUFFICIENTIAE

Invigilant,

Hosce tractatus Politicos subjectissimo, Humillimo
& Observantissimo Obsequio

INSCRIBIT AUTOR.



D. O. M. A.

TRACTATUS I.

de

RERUM

Constitutione & fundatione ad Remp. & Civitates
pertinentium.

CAPUT I.

AD PERFECTIONEM CIVILEM, QUOD COR-
poris imprimis rationem, pertinent Res:

Id est, Bona, quæ alter sanguis hominum.

Nec enim homo sine adminiculo Rerum, vivere, Ne dum ci-
viliter vivere potest.

Quippe quod hominis gratia, quæcunque in aere, mari & terra,
nascuntur, condita sunt,

Ut iis, non tantum ad necessarium usum: verum etiam ad iocun-
ditatem & voluptatem, uti fru:

Et tum munificentiam creatoris sui; tum ejus magnificentiam
in tanta rerum copia, cum debita gratitudine & laude agnoscere
possit, & debeat.

Sunt res necessariae in Rep. pacis & belli, tempore.

Vnde res Necessitatis in primis: atque utilitatis; tum interdum
quoque voluptatis gratia in Rep. & urbe procurandæ, Zur Not-
tarff/ Wolfarth vnd Nus. Lust/ Ergetz vnd Herrligkeit.

Sanè, Sufficientiam Rerum hîc exigimus, non affluentiam sem-
per, quæ fermè, ubi vis locorum, impossibilis.



ARMONIA civilis continetur, unione imperantium & obse-
quentium. Quam diu ergò personæ imperantes & obsequen-
tes, id est, magistratus summi & ordinarii: tum subditi, officio
suo funguntur: tam diu durat unio illa, nexu imperii & obsequii
fundata: Sed tamen non absque adminiculo Rerum. Quippè
quod homines rebus sint sustentandi. Nec enim homo sine victu vivere po-
test,